



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Responsiones Scriptæ A Philippo Melanthone Ad Impios
Articulos Bauaricæ Inquisitionis**

Melanchthon, Philipp

Vvitebergæ

VD16 M 4171

VIII. An credant in sancta Catholica Ecclesia septem Sacra menta esse, Et
an credant ea esse efficacia & certa signa gratiæ?

urn:nbn:de:hbz:466:1-36288

confirmationem & propter Latrocinia nominatur
ληστική. Talia exempla ostendunt posse errare
Synodos, & decreta eorum conferenda esse ad nor-
mam, quæ nequaquam est ambigua aut mutabilis,
uidelicet ad scripta Prophetica & Apostolica, &
Symbola. Ideo Synodorum decreta cum hac norma
pugnantia taxare necesse est, Quale est Synodi
Constantiensis decretum, quod unam partem cœnæ
Domini populo adimit. Sic & de ceteris impijs de-
cretis, qualia multa in proxima Synodo Tridenti-
na facta sunt, iudicandum est. Hæc de Synodis hoc
loco breuiter respondeo.

VIII.

An credant in sancta Catholica Ec-
clesia septem Sacra menta esse, Et,
an credant ea esse efficacia &
certa signa gratiæ?

Respondeo.

NEgo esse septem illa, quæ Papistæ numerat.
Nam ritus Papisticus unctionis, qui nunc
in usu est, est manifesta impietas. Consecra-
tiones olei, quæ nunc fiunt, sunt similes Magicis.
Additur item Inuocatio hominum mortuorum.
Hæc expressè damnamus. Falso autem citantur ex-

C 2 empla

empla Apostolorum, qui adhibebant olea ad cura-
tionem morborum. Nunc fingunt unctione tolli
peccata, & manifestum est huic ritui unctionis
non esse adiunctam promissionem gratiae.

Ritus confirmationis, quem retinent Pontifi-
cij, prorsus inane spectaculum est, nec mandatum
Dei, nec promissionem gratiae adiunctam habet.
Cum autem Sacra menta nomen taur actiones à Deo
institutæ, ut sint testimonia promissionis gratiae,
ideoq; habeant adiunctam promissionem, adfirmo
hæc duo, Baptismum & coenam Domini esse Sa-
cramenta. Si quis etiam absolutionem uult nomina-
re Sacramentum, non repugno, Quia promissio
tradita est: Quorum remiseritis peccata, &c. De
effectu autem planè dico, In adultis fidem propri-
am in usu Sacramentorum necessariam esse, qua
singuli sustentent se promissione gratiae, & intuen-
tes testimonium illud confirmentur, ac statuant,
non propter hanc obedientiam dari gratiam, sed
gratis propter filium Dei, iuxta dictum: Iustifica-
mur autem gratis per redemptionem quæ est in
Christo Iesu per fidem.

Expressè autem deliramentum Pharisæ-
icum damno, quod dicit, per Sacra menta ex opere
operato, sine bono motu utentis, dari gratiam.

DE